

Folium officiale dioecesis Lavantinae.

Cerkveni zaukaznik za Lavantinsko škofijo.

Kirchliches Verordnungsblatt für die Lavanter Diözese.

Inhalt. Novus Codex iuris canonici. 109. Bulla promulgationis Codicis iuris canonici. — 110. Motu proprio, quo Commissio instituitur ad Codicis canones authentice interpretandos. — 111. Decretum S. Congregationis de Seminariis et de studiorum Universitatibus de novo iuris canonici Codice in scholis proponendo.

— 112. Rescriptum Secretariae Status de praescriptis aliquorum Codicis canonum vim iam habentibus. I. De paschali communione. II. De tempore celebrationis matrimonii. III. De diebus festis. Feſtſtage. Prazniki. IV. De abſtinentia et ieiunio. Faſtſtage. Faſtenmandat. Poſtni dnevi. Poſtna poſtava.

Novus Codex iuris canonici.

109.

Bulla promulgationis Codicis iuris canonici.¹

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Providentiſſima Mater Eccleſia, ita a Conditore Chriſto conſtituta, ut omnibus inſtructa eſſet notis quae cuilibet perfectae ſocietati congruunt, inde a ſuis primordiis, cum, Dominico obſequens mandato, docere ac regere omnes gentes incepit, aggreſſa eſt iam tum ſacri ordinis virorum chriſtianaeque plebis diſciplinam datis legibus moderari ac tueri.

Procedente autem tempore, praesertim cum se in libertatem vindicavit et per maiora in dies incrementa latius ubique est propagata, ius ferendarum legum proprium ac nativum evolvere atque explicare nunquam destitit, multiplices ac varia decretorum copia per Romanos Pontifices et Oecumenicas Synodos, pro re ac tempore, promulgata. Hiscæ vero legibus praeceptisque tum cleri populique Chriſtiani conſuluit regimini ſapienter, tum ipſam, ut hiſtoria teſtatur, rei publicae utilitatem civilemque cultum mirifice provexit. Neque enim ſolum barbararum gentium leges curavit Eccleſia abrogandas ferosque earum mores ad humanitatem informandos, ſed ipſum quoque Romanorum ius, inſigne veteris ſapientiae monumentum, quod *ratio ſcripta* eſt merito nuncupatum, divini luminis auxilio freta, temperavit correctumque chriſtiane perfecit; uſque adeo ut, inſtituto rectius ac paſſim expolito privato et publico genere vivendi, ſive aetate media ſive recentiore materiam legibus condendis ſatis amplam paraverit.

¹ Acta Apoſtolicæ Sedis. An. IX. vol. IX. pars II. Codex iuris canonici, Pii X. Pontificis Maximi iuſſu digeſtus, Benedicti Papæ XV. auctoritate promulgatus. Romae, 1917. Pagg. 5—8.

Verum enimvero, quod ipſe fel. rec. Deceſſor Noſter Pius X., Motu proprio „*Arduum ſane*“, d. XVI. Kal. Apr. a. MCMIV. edito, ſapienter advertit, temporum conditionibus hominumque neceſſitatibus, prout rerum natura fert, immutatis, ius canonicum iam ſuum finem haud expedite perſequi omni ex parte viſum eſt. Saeculorum enim decursu, leges quamplurimae prodierant, quarum nonnullae aut ſuprema Eccleſiae auctoritate abrogatae ſunt aut ipſae obſoleverunt; nonnullae vero aut pro conditione temporum difficiles ad exſequendum, aut communi omnium bono minus in praesenti utiles minusve opportunae evaſerunt. Accedit etiam, quod leges canonicae ita numero creverant, tam diſiunctae diſperſaeque vagabantur, ut ſatis multae peritiſſimos ipſos, nedum vulgus, laterent.

Quibus de cauſis, idem fel. rec. Deceſſor Noſter, ſtatim ac Pontificatum ſuſcepit, ſecum ipſe reputans quanto foret uſui, ad diſciplinam eccleſiaſticam reſtituendam, firmandam, ſi gravibus illis, quae ſupra enarravimus incommodis ſollicite mederetur, conſilium iniiit univerſas Eccleſiae leges, ad haec uſque tempora editas, lucido ordine digeſtas in unum colligendi; amotis inde quae abrogatae iam eſſent aut obſoletae; aliis, ubi opus eſſet, ad noſtros praesentes mores opportunius accommodatis;¹ aliis etiam, ſi quando neceſſe eſſe aut expedire videretur, ex novo conſtitutis. Rem ſane perarduam poſt maturam deliberationem aggreſſus, cum ſacrorum Antitiſtes, quos *Spiritus Sanctus poſuit regere Eccleſiam Dei*, eadem ſuper re conſulere eorumque mentes plane cognoscere omnino oportere iudicasset, primum omnium id curavit ac voluit, ut Cardinalis a Publicis Eccleſiae Negotiis, datis litteris

¹ Cf. Motu proprio „*Arduum ſane*“.

ad VV. FF. singulos Catholici Orbis Archiepiscopos, iisdem committeret ut „auditis Suffraganeis suis aliisque, si qui essent, Ordinariis qui Synodo Provinciali interesse deberent, quamprimum huic Sanctae Sedi paucis referrent, an et quatenam in vigenti iure canonico, sua eorumque sententia, immutatione vel emendatione aliqua prae ceteris indigerent“.¹

Postea, compluribus viris disciplinae canonum peritissimis sive ex Urbe Roma sive variis e nationibus in consortium laborum accitis, mandatum dedit dilecto filio Nostro Petro S. R. E. Cardinali Gasparri, tum Archiepiscopo Caesariensi, ut Consultorum operam dirigeret, perficeret, ac, si opus esset, suppleret. Coetum deinde, sive, ut aiunt, *Commissionem* S. R. E. Cardinalium constituit, in eamque cooptavit Cardinales Dominicum Ferrata, Casimirum Gennari, Benjaminum Cavicchioni, Ioseph Calasancium Vives y Tuto et Felicem Cavagnis, qui, referente eodem dilecto filio Nostro Petro S. R. E. Cardinali Gasparri, paratos canones diligenter perpenderent eosque, iudicio suo, immutarent, emendarent, expolirent.² Cum autem quinque ii Viri, alius ex alio, obiissent, in eorum locum suffecti sunt dilecti filii Nostri S. R. E. Cardinales Vincentius Vannutelli, Caietanus De Lai, Sebastianus Martinelli, Basilius Pompili, Caietanus Bisleti, Gulielmus van Rossum, Philippus Giustini et Michael Lega, qui mandatum sibi negotium egregie expleverunt.

Postremo, prudentiam auctoritatemque eunctorum in Episcopatu venerabilium Fratrum iterum exquirens, ad ipsos itemque ad omnes Regularium Ordinum Praelatos, quotquot ad Oecumenicum Concilium legitime vocari solent, novi Codicis iam digesti et adornati, antequam promulgaretur, singula ad singulos exemplaria mitti iussit, ut suas quisque animadversiones in paratos canones libere patefacerent.³

Verum cum, interea immortalis memoriae Decessor Noster, complorante Catholico Orbe universo, de vita de-

¹ Cf. Epistolam „Pergratum mihi“ die 25. Martii 1904. —

² Cf. Motu proprio „Arduum sane“. — ³ Cf. Epistolam „De mandato“ die 20. Martii 1912.

cessisset, id contigit Nobis, Pontificatum secreto Dei consilio ineuntibus, ut Ecclesiae Nobiscum docentis sic undique collecta suffragia debito cum honore exciperemus. Tum demum, novum totius canonici iuris Codicem, iam pridem in ipso Concilio Vaticano a pluribus sacrorum Antistitibus expetitum, et abhinc duodecim solidos annos inchoatum, in omnes suas partes recognovimus, approbavimus, ratum habuimus.

Itaque, invocato divinae gratiae auxilio, Beatorum Petri et Pauli Apostolorum auctoritate confisi, motu proprio, certa scientia atque Apostolicae, qua aucti sumus, potestatis plenitudine, Constitutione hac Nostra, quam volumus perpetuo valituram, praesentem Codicem, sic ut digestus est, *promulgamus, vim legis posthac habere pro universa Ecclesia decernimus, iubemus, vestraeque tradimus custodiae ac vigilantiae servandum.*

Ut autem omnes, ad quos pertinet, probe perspecta habere possint huius Codicis praescripta antequam ad effectum adducantur, edicimus ac iubemus, ut ea vim obligandi habere non incipiant nisi a die Pentecostes anni proxime venturi, idest a die decima nona mensis Maii anni millesimi nongentesimi duodevicesimi.

Non obstantibus quibuslibet ordinationibus, constitutionibus, privilegiis etiam speciali atque individua mentione dignis, nec non consuetudinibus etiam immemorabilibus ceterisque contrariis quibusvis.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae constitutionis, ordinationis, limitationis, suppressionis, derogationis expressaeque quomodolibet voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum Eius se noverit incursum.

Datum Romae apud S. Petrum, die festo Pentecostes anno millesimo nongentesimo decimo septimo, Pontificatus Nostri tertio.

Petrus Card. Gasparri, O. Card. Cagiano de Azevedo,
a Secretis Status. S. R. E. Cancellarius.

110.

Motu proprio,

quo Commissio instituitur ad Codicis canones authentice interpretandos.¹

BENEDICTUS PP. XV.

Cum iuris canonici Codicem, fel. rec. decessoris Nostri Pii X. iussu digestum, non multo ante, expectationem totius catholici orbis explentes, promulgaverimus,

¹ Acta Apostolicae Sedis. Ann. IX. vol. IX. Romae, 1. Octobris 1917. Num. 10. pag. 483 sq.

Ecclesiae bonum ipsiusque natura rei profecto postulant ut, quantum fieri potest, caveamus, ne aut incertis privatorum hominum de germano canonum sensu opinionibus et coniecturis, aut crebra novarum legum varietate, tanti operis stabilitas in discrimen aliquando vocetur. Quapropter propositum Nobis est utrique incommodo occurrere; quod ut efficiamus, Motu proprio, certa scientia atque

matura deliberatione Nostra, haec quae infra scripta sunt statuimus atque decernimus:

I. Exemplum decessorum Nostrorum secuti, qui decretorum Concilii Tridentini interpretationem proprio Patrum Cardinalium coetui commiserunt, Consilium seu *Commissionem*, uti vocant, constituimus, cui uni ius erit Codicis canones authentice interpretandi, audita tamen, in rebus maioris momenti, Sacra ea Congregatione cuius propria res sit, quae Consilio disceptanda proponitur. Idem vero Consilium constare volumus ex aliquot S. R. E. Cardinalibus, quorum unus coetui praesit, Auctoritate Nostra et successorum Nostrorum deligendis; his accedent tum vir probatus, qui sacri Consilii erit ab Actis, tum aliquot Consultores ex utroque clero iuris canonici periti, eadem Auctoritate designandi; sed Consilio ius erit Consultores quoque Sacrarum Congregationum, pro sua quemque re, sententiam rogandi.

II. Sacrae Romanae Congregationes *nova Decreta Generalia* iam nunc ne ferant, nisi qua gravis Ecclesiae universae necessitas aliud suadeat. Ordinarium igitur earum munus in hoc genere erit tum curare, ut Codicis praescripta religiose serventur, tum *Instructiones*, si res ferat, edere, quae iisdem Codicis praeceptis maiorem et lucem afferant et efficientiam pariant. Eiusmodi vero documenta sic conficiantur, ut non modo sint, sed appareant etiam quasi quaedam explanationes et complementa ca-

nonum, qui idcirco in documentorum contextu peropportune afferentur.

III. Si quando, decursu temporum, Ecclesiae universae bonum postulabit, ut novum generale decretum ab aliqua Sacra Congregatione condatur, ea ipsa decretum conficiat, quod si a Codicis praescriptis dissentiat, Summum Pontificem de eiusmodi discrepantia moneat. Decretum autem, a Pontifice adprobatur, eadem Sacra Congregatio ad Consilium deferat, cuius erit, ad Decreti sententiam canonem vel canones redigere. Si decretum e praescripto Codicis discrepet, Consilium indicet, cuinam Codicis legi nova lex sufficiens sit; si in decreto res vertetur de qua Codex sileat, Consilium constituat, quo loco novus canon vel novi canones sint in Codicem inserendi, numero canonis, qui proxime antecedit, *bis, ter*, etc. repetito, ne canon sede sua moveatur ullus aut numerorum series quoquo pacto perturbetur. Quae omnia, statim post Sacrae Congregationis Decretum, in *Acta Apostolicae Sedis* referantur.

Quae Nobis videmur utiliter in hac causa decrevisse, ea omnia et singula, uti decreta sunt, ita rata et firma esse et manere volumus ac iubemus: contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die 15. mensis Septembris anno 1917, Pontificatus Nostri quarto.

BENEDICTUS PP. XV.

III.

Decretum S. Congregationis de Seminariis et de studiorum Universitatibus de novo iuris canonici Codice in scholis proponendo.¹

Cum novum iuris canonici Codicem SS. D. N. Benedictus Pp. XV. a die festo Pentecostes proximi anni millesimi nongentesimi duodevicesimi in universa latina Ecclesia vim habiturum esse edixerit, liquet ex eo ipso die Codicem fore authenticum et unicum iuris canonici fontem, proptereaque tum in disciplina Ecclesiae moderanda, tum in iudiciis et in scholis eo uno utendum esse. Quam sit igitur necessarium, clericis praesertim, Codicem probe nosse atque omnino habere perspectum, nemo est qui non videat.

Itaque Sacra haec Congregatio, ut in re tanti momenti rectae alumnorum institutioni pro officio suo consulat, omnibus ac singulis studiorum Universitatibus et iuris canonici Lyceis quae, ad normam can. 256, § 1, eidem Sacrae Congregationi parent, praecipit ac mandat, ut in schola antehac *textus* aptissime nuncupata, in qua ius canonicum penitus copioseque praelegitur, ita in posterum eiusmodi disciplina tradatur, ut alumni, non modo Codicis sententia *synthetice* proposita, sed accurata quo-

que uniuscuiusque canonis *analisi*, ad cognoscendum et intelligendum Codicem veluti manu ducantur: debent scilicet doctores iuri canonico tradendo, ipso Codicis ordine ac titulorum capitumque serie religiosissime servata, singulos canones diligenti explanatione interpretari. Idem tamen magistri, ante quam dicere de aliquo instituto iuridico aggrediantur, apte exponant qui eius fuerit ortus, quae decursu temporis acciderint progressiones, mutationes ac vices, ut discipuli pleniorum iuris cognitionem assequantur.

Nulla ceterum, praeter Codicem, libro alumnos uti necesse erit; quodsi doctoribus placuerit eos unum aliquem adhibere librum, id sancte retinendum, ut non eius libri ordini ordo Codicis, sed huic ille aptetur et accommodetur.

Romae, ex aedibus S. Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus, die 7. mensis Augusti anni 1917.

Caietanus Card. Bisleti, Praefectus.

L. † S.

Joseph Rossino, Substitutus.

¹ Idem. Romae, 1. Septembris 1917. Num. 9. pag. 439.

Rescriptum Secretariae Status

de praescriptis aliquorum Codicis canonum vim iam habentibus.¹

Episcopi aliive locorum Ordinarii complures a SS. D. N. Benedicto Pp. XV. demisse efflagitarunt ut, nulla interposita mora, vigere incipiant praescripta Codicis i. e. quae sequuntur:

1. Canonis 859, § 2;
2. Canonis 1108, § 3;
3. Canonis 1247, § 1;
4. Canonum 1250, 1251, 1252, 1253, 1254.

Beatissimus Pater, in audientia die 19. mensis Augusti infrascripto Cardinali data, relatas preces benigne excipiens, decrevit, praescripta canonum, de quibus supra, *ex hoc ipso die vim habere*; praetereaque, Motu proprio, concessit, ut S. R. E. *Cardinales* iam nunc omnibus ac singulis fruantur privilegiis, quae can. 239, § 1, 240, 600, n. 3, 1189, 1401 eiusdem Codicis describuntur. Quae omnia promulgari iussit, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Vaticanis, die 20. mensis Augusti anni 1917.

P. Card. **Gasparri**, a Secretis Status.

I. De paschali communione.

Canon 859, § 2: Paschalis communio fiat a dominica Palmarum ad dominicam in albis; sed locorum Ordinariis fas est, si ita personarum ac locorum adiuncta exigant, hoc tempus etiam pro omnibus suis fidelibus anticipare, non tamen ante quartam diem dominicam Quadragesimae, vel prorogare, non tamen ultra festum sanctissimae Trinitatis.

Iuxta hanc novi Codicis dispositionem lege Ecclesiae universali tempus pro communione Paschali currit a dominica Palmarum ad dominicam in albis.

Facultate tamen locorum Ordinariis concessa hisce statuitur, ut in dioecesi Lavantina communio Paschalis incipiat die dominica quarta Quadragesimae et duret usque ad diem Dominicam quartam post Pascha.

Ad hoc tempus servandum tenetur omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis idest ad rationis usum pervenit et accurate praeparatus est.

II. De tempore celebrationis matrimonii.

Canon 1108, § 1. Matrimonium quolibet anni tempore contrahi potest.

(§ 2. Sollemnis tantum nuptiarum benedictio vetatur a prima dominica Adventus usque ad diem Nativitatis Domini inclusive, et a Feria IV. Cinerum usque ad dominicam Paschatis inclusive).

¹ Idem. Pag. 475.

§ 3. Ordinarii tamen locorum possunt, salvis legibus liturgicis, etiam praedictis temporibus eam permittere ex iusta causa, monitis sponsis, ut a nimia pompa abstineant.

Tenore huius Canonis simplices nuptiae absque externa sollemnitate omnibus anni diebus, sacratis quoque, permittuntur.

Tempore clauso sollemnis tantum nuptiarum benedictio nec non Missa pro sponsis, infra quam haec benedictio est impertienda, prohibentur.

In § 3 huius Canonis vero Ordinariis conceditur facultas sollemnem nuptiarum benedictionem tempore quoque sacro permittendi, si adest iusta causa, et si hoc permittunt leges liturgicae. (Vide Directorium pag. 10).

Quando ergo istae conditiones adsunt, pro huius modi licentia impetranda in singulis casibus recurrendum est ad princ.-episc. Ordinariatum.

Licentia obtenta moneri semper debent sponsi, ut abstineant a nimia pompa, sive in sponsae traductione sive in nuptiali convivio, et ut devitent omnia laetitiae signa, veluti sunt musica, choreae, quae sacrum tempus dedecent.

III. De diebus festis.

Canon 1247, § 1. Dies festi sub praecepto in universa Ecclesia sunt tantum: Omnes et singuli dies Dominici, festa Nativitatis, Circumcisionis, Epiphaniae, Ascensionis et sanctissimi Corporis Christi, Immaculatae Conceptionis et Assumptionis almae Genitricis Dei Mariae, sancti Ioseph eius sponsi, beatorum Petri et Pauli apostolorum, Omnium denique Sanctorum.

Festtage.

Papst Pius X. hat durch das Motuproprio „Supremi disciplinae“ vom 2. Juli 1911 die Reduktion der kirchlichen Feste vorgenommen und als allgemein gebotene Feiertage festgesetzt: Alle Sonntage, Weihnachten, Neujahr, Epiphanie, Himmelfahrt Christi, Unbefleckte Empfängnis der Mutter Gottes, Aufnahme Mariä in den Himmel, Fest der hl. Apostel Petrus und Paulus, Allerheiligen.

Diese Neuordnung und Beschränkung der Feste geschah inhaltlich des obgenannten Motuproprio aus folgenden Gründen. Es bestand in einzelnen Ländern, ja sogar in einzelnen Diözesen eine große Verschiedenheit bezüglich der Feier und der Zahl der Feste. Die heutigen Verkehrsverhältnisse ermöglichen schnelleren Verkehr zwischen den einzelnen Ländern, wodurch die Verschiedenheit der Feiertage umsomehr in die Augen fiel und auch die ausnahmslose Beobachtung der-

selben vielfach unmöglich wurde. Die wirtschaftlichen Verhältnisse, die Handelsgeschäfte erfordern heutzutage eine raschere Abwicklung und werden durch häufigere, besonders durch aufeinander folgende Feste wenigstens teilweise beeinträchtigt. Ferner machte eine Beschränkung der Feste bei der herrschenden Teuerung die Rücksicht auf diejenigen notwendig, die nur von der Tagesarbeit leben. Aus diesen Gründen wurden in letzter Zeit beim Apostolischen Stuhle wiederholt Bittgesuche um Beschränkung der Festtage vorgelegt.

In dem oben belobten Motuproprio wurde jedoch ausdrücklich bestimmt: Falls aber die Bischöfe der Ansicht sind, daß bei einer Nation oder in irgendwelchem Lande eines der abgeschafften Feste beizubehalten wäre, so mögen sie darüber dem heiligen Stuhle Bericht erstatten.

Auf der Lavanter Diözesansynode des Jahres 1911 wurde diese Neuordnung der Feste den versammelten Seelsorgern zur Meinungsäußerung vorgelegt. Der weit, weit größte Teil der Synoditen legte die Bitte vor, es möchte das Fortbestehen der bisherigen Feste veranlaßt werden. Alle wünschten ausdrücklich, daß das beim gläubigen Volke so beliebte Fronleichnamsfest unbedingt erhalten bleibe.

Die Reduktion der Feste bildete den Gegenstand genauer Beratung bei der Konferenz der hochwürdigsten Herren Bischöfe Österreichs zu Wien im November 1911. Der Erfolg der Beratungen war ein Bericht an den Heiligen Vater. Dieses Schreiben vom 12. November 1911 unterbreitete Seiner Heiligkeit den Wunsch der Mehrzahl der Bischöfe, der Geistlichen und des Volkes, es mögen in Österreich die bisher üblichen Feste als gebotene Festtage aufrecht erhalten bleiben. Im Auftrage Seiner Heiligkeit des Papstes Pius X. beantwortete die Bittschrift die heilige Konzilskongregation mit dem Dekret vom 17. Dezember 1911. Das Dekret enthält die ausdrückliche Bewilligung, daß das Fronleichnamsfest wie bisher am Donnerstag nach dem Dreifaltigkeitssonntage begangen werde.

Bezüglich der übrigen Feste wird bemerkt, daß der Heilige Vater bei der Beschränkung der Feste nur die Absicht hatte, die Zahl der gebotenen Feiertage zu verringern, nicht aber ihre Festlichkeiten aufzuheben. Den Gläubigen ist es nicht unter einer Sünde geboten, an diesen Tagen dem Gottesdienste beizuwohnen und knechtlicher Arbeiten sich zu enthalten; tun sie dieses freiwillig, so haben sie bei Gott desto größeren Verdienst zu erwarten. Der Wunsch des Heiligen Vaters sei, daß die kirchliche Feier der aufgehobenen Festtage fortbestehe.

Im genannten Motuproprio heißt es wörtlich: „Nos spem certam fovemus, fideles universos eis etiam diebus, quos nunc de numero festivitatum praecepto obstrictorum expungimus, suam in Deum pietatem et in Sanctos venerationem non minus quam antea fore testatos“; ebenso im Dekret der heiligen Konzilskongregation vom

3. Mai 1912: „Quum perpensis temporum rerumque novarum adiunctis, Summus Pontifex nonnullos dies expunxit e numero festivitatum sub praecepto, quemadmodum non semel a Suis Decessoribus factum fuit, minime sane intellexit, ut eorum dierum festivitas omnino supprimeretur; vult immo Sanctitas sua, ut iidem dies in sacris templis celebrentur non minori quam antea sollemnitate et, si fieri potest, eadem populi frequentia. Praecipit itaque eadem Sanctitas Sua omnibus et singulis animarum curam gerentibus, ut ipsi, dum haec commissis sibi gregibus significant, ne cessent eos hortari vehementer, ut iis etiam diebus pergant suam in Deum pietatem et in Sanctos venerationem, quantum maxime potuerint, testari praesertim per frequentiam in ecclesiis ad audienda Sacra aliaque pia exercitia exercenda.“

Zugleich erteilte Seine Heiligkeit den österreichischen Bischöfen die Vollmacht, nach erfolgter Beratung und unter Bestimmung des Kathedralkapitels die bisherigen Feste beizubehalten, falls dies gewichtige Gründe als geraten erscheinen lassen. Jedoch gelte dieses Privileg bis zur Veröffentlichung des neuen Codex iuris canonici.

Auf Grund dieses Privilegs und gemäß den Wünschen der Seelsorger habe ich mit Zustimmung des Domkapitels die Beibehaltung der bisherigen Festtage angeordnet¹. Auch die staatlichen Behörden haben sich für die Beibehaltung der Feste für Amt und Schule ausgesprochen.

Der neue Codex iuris canonici ist nunmehr mit Rechtskraft von Pfingsten 1918 an erschienen und die Acta Apostolicae Sedis vom September 1917 teilen mit, daß diese Rechtskraft des neuen Codex betreff der Festtage schon mit 19. August 1917 beginne. Der neue Codex bestimmt: Gebotene Festtage in der ganzen Kirche sind alle und die einzelnen Sonntage, das Weihnachtsfest, die Feste der Beschneidung und der Erscheinung des Herrn, Christi Himmelfahrt und das Fronleichnamsfest, Unbefleckte Empfängnis der Mutter Gottes und Aufnahme Mariä in den Himmel, das Fest des hl. Joseph, des Bräutigams der seligsten Jungfrau, das Fest der hl. Apostel Petrus und Paulus und das Fest Allerheiligen.

Demnach hören auf gebotene Festtage zu sein: Stephanitag, Lichtmeß, Mariä Verkündigung und Geburt, Oster- und Pfingstmontag. Es handelt sich jedoch nicht um die völlige Abschaffung der genannten Feste, sondern nur um Aufhebung des Verbotes knechtlicher Arbeiten und der unter Sünde bindenden Pflicht der Anhörung der hl. Messe. Diese Feiertage sollen im Sinne der Bestimmungen des durch das neue Kirchenrechtsbuch hinsichtlich der äußeren Feierlichkeiten nicht aufgehobenen Motuproprio „Supremi disciplinae“ weiter

¹ Operationes et constitutionis Synodi dioecesanæ Lavan-tinae anno 1911 peractae. Marburgi, 1912. Cap. CLXIII. pag. 517—545.

bestehen und auch fernerhin durch freiwilligen Kirchenbesuch und freiwillige Arbeitsenthaltung gefeiert werden.

Für die Lavanter Diözese ordne ich daher an: 1. Dem Volke kann die Festordnung des neuen Codex mitgeteilt werden. Inbetreff der Festtage: Stephanitag, Lichtmeß, Mariä Verkündigung und Geburt, Oster- und Pfingstmontag, die der neue Codex als gebotene Feiertage nicht mehr anführt, soll den Gläubigen Aufklärung gegeben werden in dem Sinne, daß die Feste nicht göttlicher, sondern kirchlicher Einsetzung sind, deshalb auch von der Kirche wieder beschränkt werden können; ferner, daß die fraglichen Festtage schon bisher nicht in allen katholischen Ländern geboten waren und daß die neuen Bestimmungen deshalb getroffen wurden, um die kirchliche Einheit zu wahren.

2. Die Gläubigen sind genau zu belehren, daß die abgeschafften Feiertage ungeachtet dessen, daß sie aufgehört haben, gebotene Festtage zu sein, dennoch nach dem Wunsche des Heiligen Vaters in derselben festlichen Art wie früher zu begehen sind. Nur hat die Verfügung des Heiligen Vaters zur Folge, daß sich diejenigen, die an den genannten aufgehobenen Festtagen knechtliche Arbeiten verrichten und die Kirche nicht besuchen — z. B. Arme, die nur von der Tagesarbeit leben — nicht versündigen. Die Gläubigen sind aber inständigst aufzufordern, daß sie an diesen genannten Festen ebenso wie bisher Gott ihre Anbetung, den Heiligen ihre Verehrung darbringen durch eifrigen Kirchenbesuch und andere fromme Werke. Es ist nunmehr Sache des Eifers der Gläubigen, daß die genannten Feste feierlich begangen werden.

3. Daraus folgt von selbst die Obliegenheit der Pfarrvorsteher, dafür zu sorgen, daß die kirchliche Feier des Vormittags- und Nachmittagsgottesdienstes an diesen aufgehobenen Festtagen in der bisher üblichen Weise aufrecht erhalten bleibt. Gloria Dei et salus animarum suprema lex!

Prazniki.

Papež Pij X. so z apostolskim pismom „Supremi disciplinae“ z dne 2. julija 1911 skrčili število praznikov in določili kot zapovedane praznike: Vse nedelje, Božič, Novo leto, svete Tri Kralje, Vnebohod Kristusov, brezmadežno spočetje Matere božje, vnebovzetje Marijino, praznik sv. apostolov Petra in Pavla, praznik Vseh svetnikov.

Nova ureditev in znižanje števila praznikov sta se izvršili, kakor naglašata apostolsko pismo, iz teh le vzrokov. V raznih deželah, da celo med posameznimi škofijami je bila velika različnost gledé na število in na svečanosti praznikov. Današnje prometne razmere omogočujejo naglo občevanje med raznimi deželami in tako se je različnost praznikov tembolj opazila, kakor je tudi njih natančno praznovanje v marsikaterem oziru postalo nemogoče. Gospodarske in trgovske zadeve se morajo dandanes hitreje odpravljati; pogostni, zlasti neposredno

drug za drugim sledeči prazniki jih pa vsaj deloma zadržujejo. Skrčenje števila praznikov je vsled današnje druginje terjal tudi ozir na tiste, ki živijo samo od dnevnega zaslužka. Iz teh razlogov so prihajale v zadnjem času apostolski stolici zopet in zopet prošnje za omejitev praznikov.

V zgorej navedenem apostolskem pismu pa se jasno določa: Ako so škofje mnenja, da se naj pri katerem narodu ali v katerem kraju kateri izmed odpravljenih praznikov še ohrani, naj poročajo sveti stolici.

Na škofjski sinodi leta 1911 se je ta preuredba praznikov naznanila dušnim pastirjem. Velika, velika večina zborovalcev je bila mnenja, da je zaradi ljudstva, ki ljubi praznike, najbolje, da se prazniki ohranijo, kakor so bili dozdej. Vsi pričujoči pa so določno prosili, naj se izposluje, da se tako priljubljeni in prelepi praznik svetega rešnjega Telesa ohrani in obhaja tisti dan kakor doslej.

Pri posvetovanju milostljivih avstrijskih škofov na Dunaju v novembru leta 1911 se je obširno razpravljalo o skrčenju števila praznikov. Uspeh posvetovanja o praznikih je bil, da se je dne 12. novembra 1911 poslalo svetemu očetu poročilo s prošnjo, da naj Njih svetost dovoli, da ostanejo v Avstriji vsi prazniki kakor dozdej, ker je to želja pretežne večine škofov, duhovnikov in vernikov. Po naročilu svetega očeta je odgovorila na to prošnjo sveta konciljska kongregacija dne 17. decembra 1911 z odlokom, v katerem se dovoli, da se ohrani in obhaja praznik svetega rešnjega Telesa kakor dozdej v četrtek po prazniku presv. Trojice.

Kar pa zadevlje druge praznike, pripomni isti odlok, da so sveti oče, ko so odpravili nekatere praznike, imeli le namen znižati število zapovedanih praznikov, nikakor pa ne odpraviti svečanosti teh dnevov. Vernikom je dano na prosto voljo, da se udeležijo tudi ob teh odpravljenih praznikih sv. maše in se zdržijo hlapčevskih del, torej, da jih kakor dozdej še nadalje posvečujejo; ako to storijo prostovoljno, morejo pričakovati od Boga tem več zaslužnja in blagoslova. In želja svetega očeta je, da se ob odpravljenih praznikih ohrani cerkvena slovesnost.

V svojem apostolskem pismu pravijo namreč sveti oče Pij X.: „Gojimo trdno upanje, da bodo vsi verniki tudi tiste dni, ki jih zdaj izbrisemo iz števila zapovedanih praznikov, izkazovali ravnotako kakor prej svojo vdanost Bogu in svetnikom češčenje.“ Enako poroča sveta konciljska kongregacija v svojem odloku z dne 3. maja 1912: „Ko so sveti oče z ozirom na nove razmere izbrisali nekatere dneve iz števila zapovedanih praznikov, kakor se je to že večkrat zgodilo pod Njihovimi predniki, niso

nikakor nameravali, da bi se praznovanje teh dni popolnoma zatrlo. Njihova svetost celo želi, da se ti svetki v cerkvah obhajajo ravnotako slovesno kakor prej in, če je mogoče, ob enaki udeležbi ljudstva. Njih svetost zato zapoveduje vsem in posameznim dušnim pastirjem, da naj, ko bodo to vernikom oznanili, ne opustijo nikakor, jih nujno opominjati, da ob teh dnevih še nadalje, kar najbolj morejo, izkazujejo svojo pobožnost Bogu in svetnikom češčenje zlasti s tem, da se udeležujejo v obilnem številu službe božje v cerkvah ter opravljajo druge pobožnosti.⁴

Sveti oče so takrat tudi podelili avstrijskim nadpastirjem oblast, da po posvetovanju in v sporazumu s stolnim kapiteljem ohranijo dosedanje praznike, ako so za to važni vzroki; vendar veljaj ta predpravica le do priobčenja novega cerkvenega zakonika.

V zmislu te oblasti in ustrežajoč željam dušnih pastirjev in vernikov sem v sporazumu s stolnim kapiteljem odredil, da se naj v Lavantinski škofiji isti prazniki kakor doslej obhajajo še tudi nadalje.¹ Tudi državna oblast se je izjavila, da ohrani za urad in šolo vse dosedanje praznike.

Novi cerkveni zakonik je izšel z veljavo od Binkošti 1918 naprej, in uradni list apostolske stolice (Acta Apostolicae Sedis) meseca septembra 1917 naznani, da je novi zakonik gledè na praznike že pravno veljaven z 19. avgustom 1917. Novi zakonik določuje: V vsej Cerkvi zapovedani prazniki so: Vse in posamezne nedelje, Božič, Novo leto, sv. Trije Kralji, Vnebohod Kristusov, praznik svetega rešnjega Telesa; brezmadežno spočetje Matere božje in vnebovzetje Marijino; god sv. Jožefa, praznik sv. apostolov Petra in Pavla in god Vseh svetnikov (can. 1247, § 1).

